

Geometria est disciplina magnitudinis immobilis
 formarumque descriptio contemplativa. per quam
 uniuscuiusque termini declarari solent. Documentum
 etiam visibile philosophorum quod latine dicitur
 terre dimensio. Quoniam per diversas formas
 ipsius discipline primam egyptos fertur fuisse
 partitus. pro necessitate terminorum terre quos
 Nilus fluvius inundationis tempore infundebat.
 Cuius discipline magistri mensores ante dicebantur
 sed vero peritissimus latinorum huius nominis
 causam sic extitisse commemorat dicens Prius
 quidem dimensiones terrarum terminis positis
 vagantibus ac discordantibus populis parvis utilia
 prestitisse. Deinde totius anni circulum mensurali
 numero fuisse partitum. Tunc et ipsi menses
 quod annum mentiantur eticki sunt. Tunc
 et dimensionem orbis terre probabiliter refert
 ratione collectam ideo factum est ut disciplina
 ipsa geometrice nomen acceperit. quod per
 secula longa constet. Utilitas geometrie
 triplex est. Ad facultatem. ad animam. ad
 sanitatem. ad facultatem ut mechanici. et
 architecti. Ad sanitatem ut medici. ad animam
 ut philosophi. Quam autem si arte et diligenti
 cura atque moderata mente perquirimus
 hoc quod predictis divisionibus manifestum
 est. sensus nostros magna claritate dilucidat.
 Et illud supra qualem est enim animo subire
 totamque illam matutinam supernam indagabili
 ratione discurrere. et inspectiva mentis obli-
 vitione ex aliqua parte colligere. et agnoscere

dedarari

necessitate